

# Universitätsbibliothek Wuppertal

Ivstiniani Avgvsti Historia

Procopius <Caesariensis>

Lugduni, 1594

Regni Græcorum successio

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-147](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-147)

anno vj. Hunc Alexander Magnus Macedo occidit, regnumque eius in suum rededit dominium, qui Alexandriam in suo nomine condidit, ubi regnum est a regibus Graecorum per annos ccxcvj. sic.

## REGNI GRÆCORVM SVCCESIO.



LEXANDER Magnus post mortem Reges Ae-  
Darij annos vj. Ptolemaeus Lagi Egypti post  
filius annos xj. Hic iterum gentem Alexandri  
Hebræorum captiuam dicit in Ae-  
gyptum. Ptolemaeus Philadelphus Ptolemaeus  
annos xxvij. Hic captiuitate Iu-  
dæorum relaxata, muneribusque Eleazaro ponti-  
fice Iudæorum placato, diuinæ scripturas per se-  
pruaginta interpres, ex Hebræa lingua verit in  
Graecam. Ptolemaeus Euergetes annos xxvj. Hu- Ptol. Euer-  
ius temporibus Iesus filius Syrach Sapientæ li- getes.  
brum scriptis. Ptolemaeus Philopator annos xvij. Ptol. Philo-  
Sub hoc idem vieti Iudæi, & sexaginta millia eo- pator.  
rum ceſa ab Antiocho rege Syria, quando & pon-  
tifex magnus Onias. Ptolemaeus Epiphanes an- Ptol. Epiph-  
nos xxix. Hic directo Scopa principe militiae capit nes.  
Iudæam. Rursusque Scopa superante, Iudæam sibi Pt. Philo-  
focat in amicitiam Antiochus. Ptolemaeus Phi- metor.  
lometor annos xxv. Sub hoc rege Aristobulus Peripateticus philosphus scriptis commen- Aristobu-  
tarios in libros Moysi, & regi obtulit Ptolemaeo. lus Moysis  
Antiochus agens contra legem Iudæorum mul- libros expla-  
tos interemit. Contra quem Iudas, qui & Macha- pt. Euergetes.  
bæus, armæ commouit. Ptolemaeus Euergetes annos xxvij. Hoc regnante Ionatas dux Iudæorum

*Pt. Physcon.* præclarus, qui cum Romanis & Spartiatis fœdus iniit. Ptolemaeus Fiscon, qui & Soter, annos xvij.

*Pt. Alexan-* sub hoc Aristobulus Ionathæ filius, rex pariter &  
*der.* pontifex constitit Iudæorum. Ptolemaeus qui & Alexander annos x. quo regnante multa Iudæorū

*Pt. Diony-* populus, tam ab Alexandrinis, quam etiam ab An-  
*fus.* tiochenibus tolerabat. Ptolemaeus qui à matre fue-  
rat electus, annos viij. Iudejstūc regnabat Ameus,

*Cleopatra.* qui & Alexander. Ptolemaeus Dionysius annos xxx. sub cuius regno Alexandra, quæ & Salome, v-

*Aegyptus* xor Alexandri regis Hebræorum, Hierosolymis  
*& Roma-* regnat. Ex cuius ætate Iudæos rerum confusio &  
*nissubalta.* variæ clades oppræserunt. Cleopatra annos xxij.

qua regnante Iudæi in amicitiam Romanorum fe-  
sociantes, eorum iam legibus vinunt, quia Pompeius sublatto regno ab Aristobulo, Hircanum fra-  
trem eius præfecerat. Hanc liquidem Cleopatram Romanus ductor luscipies Antonius, & suo socias

laeti, contra ciues proprios dimicat. Quem Augu-  
stus Octavianus in certamine superans Actiari-  
co in liture, egit, vt vtrique iugales seipso per-

merent, regnumque eorum in Romanorum Imper-  
rium deuenit, vbi & usque haftenus, & usque in fi-  
nem mundi secundum Danielis prophetiam, re-  
gni debetur successio. Et quidem abhinc Augu-

*Augusti mo-* stalis exoritur potestas, quod animo recondendum  
*narchia.* est. Augustus Imperator, qui & Octavianus dice-  
batur, a quo posteri principes vocati sunt Augusti,  
tam ciues patrios rebellis, quam etiam gentes ex-  
terna superans, singularem sibi vindicat principa-  
tum, regnans per annos lvij. Huius quadragesimo  
secundo imperij, dominus noster Iesus Christus

*Christi natu-* de sancta virgine natus, vt verus deus, ita & verus  
*itas.* homo, insignis & virtutibus admirandis enuit, anno ab origine mundi v. m. d. ab urbis autē Romæ

conditione anno DCCLV. Et quia Romanorum

regum